

---

V S V S.

Mat: 18.

1. Christus adhuc hodie piè collo-  
quentibus vult adesse.

2. Mentis nostræ oculi etiam interdū  
tenentur, ne agnoscamus Christum, *sc.*  
in nostris calamitatibus, cum dicimus cū

Jud: 6.

Gideone: Si Dominus nobiscum, unde  
ergo nobis hoc malum. Item cum Sione:

Esai: 49.

Dominus oblitus est mei.

V. Exponit colloquium: Interrogat  
Christus; *Qui sunt sermones*, non ut rem  
ignoret, sed ut eos erudiendi ansam  
arripiat.

V S V S.

Exemplo Christi fideles Ecclesiæ pa-  
stores ædificandi Ecclesiam occasionem  
arripiant.

VI. Respondet Cleophas, satis austerè  
Christum reprehendens: *Tu es ne pere-  
grinus? &c.*

V S V S.

Exemplum humanæ impatientiæ.

VII. Cum autem ulterius interrogaret,  
rem ipsam exponunt, & fidei suæ imbe-  
cillitatem produnt.

V S V S.

Laude tamen dignum, quod Christum  
non calumniantur, sed honestam ipsius  
mentionem faciunt.

DE